lutis audire ⁊ vitā eťnā obtinere. Quā ⁊c̄.
De iuſticia ⁊ equitate diſertiſſimi iudi-
cis chꝛiſti per occulta iudicia Ca.cxxvij.
Miles quidam tyrannus erat qui
per multa tempoꝛa quendaʒ fa-
mulum fidelem tenuit ac in om
nibus pꝛouidum. Quadam vero die cū ad
nundinas cum eodem ſeruo ꝑ nemus tran
ſiret:accidit vt miles triginta marcas argē
ti in medio nemoꝛis ꝑderet famulo ignorā
te. Cum pecuniam non inueniret famuluʒ
interrogauit ſi pecuniaʒ inueniſſet qui ſtatiʒ
negauit ⁊ iurare cepit ꝙ nihil ſciret ⁊ verū
dixit. Qua non inuenta ſtatim pedem fa-
muli amputauit:⁊ eo relicto domi perrexit
Erat pꝛope viam quidā heremita qui cum
fletum ⁊ clamoꝛeʒ famuli audiret velociter
occurrit ei. Audiuitqʒ ꝯfeſſioneʒ ipſius. Et
dum ꝯgnoſceret eum innocentem ad hoſpi
tium ſuum ipſum in ſuis humeris poꝛtādo
miſericoꝛdit ꝓcurauit. Deinde oꝛatoꝛiū ſuū
intrauit:⁊ dn̄o imꝓperauit ꝙ non eſſet iu-
ſtus iudex eo ꝙ illum innocentē hominem
pedeʒ ſuuʒ perdere ꝑmiſiſſet. Cūqʒ diutius
oꝛaſſet ⁊ fleuiſſet ⁊ dn̄o q̄ſi ꝓ falſo iudicio
quodammodo impꝛoperaſſet:venit ad eū
angelus dicens. Nunquid legiſti in pſal. de
us iudex iuſtus foꝛtis ⁊ patiēs. At ille:mul
totiens legi illud ⁊ credidi ex toto coꝛde:ſʒ
hodie erraui aut ille miſer qui pedem ſuuʒ
ꝑdidit ſub velamine ꝯfeſſionis decepit me
Reſpondit angelus. Noli loqui aduerſus
dominum iniquitateʒ:qꝛ omnes vie eius ve
ritas ⁊ iudicia eius equitas. Cōmenda me
memoꝛie qd̄ ſepiuſ legiſti. Judicia dei abyſ
ſus multa. Scias itaqʒ illum homineʒ pedē
ſuuʒ ꝓ culpa veteri ꝑdidiſſe. Naʒ ante mul
ta tp̄a cum eodeʒ pede mr̄eʒ ſuam pꝛecipi-
tauit maliuole de q̄daʒ biga. Pꝛo quo fa-
cto poſtea nunꝙ̄ ꝯdignaʒ pn̄iaʒ egit. Mi
les ille dn̄us ſuus volebat dextrariū eme
re ad ꝯgregandum maioꝛes diuitias in de
trimentum anime ſue:⁊ ideo iuſto iudicio
dei perdidit pecuniaʒ. Quidaʒ paup̱ fidelis
cum vxoꝛe ⁊ paruulis ſuis quotidie dn̄o
ſupplicabat vt dignaret̄ ſibi in neceſſarijs
pꝛouidere qui pecuniam inuenit ⁊ ꝯfeſſoꝛi
ſuo obtulit diſpendendam. Qui circumqua
qʒ ſciſſcitando veraciter illum inuenire nō
potuit cuius erat. Ergo eidem pauperi par
tem eiuſdem pecunie tribuit ꝓpter deuʒ:re
ſiduam alijs pauperibus erogauit. Pone
ergo cuſtodiā oꝛi tuo ne domino aliq̄tenus
impꝛoperes vt feciſti:cum ipſe ſit iudex ve
rus ⁊ foꝛtis ⁊ patiens. Moꝛaliſatio
Kariſſimi. Miles iſte poteſt dici
quilibet bonus pꝛelatus qui de-
bʒ indui armatura dei vt poſſitis
ſtare firmiter contra inſidias dyaboli. famu
lus fidelis eſt ſubditus in omnibus pꝛelato
ſuo obediēs. Pꝛelatus ille hʒ theſauꝝ ſcili
cet animas ad cuſtodiendum quas ſepe ex
negligentia ſua perdidit. Quid ergo eſt fa
ciendum. Certe debʒ diligenter ꝙ̄diu eſt in
vita inquirere ſalutem anime. Et ſi inueni-
re non poterit:amputet pedem dextruʒ ſub
diti:hoc eſt talem rebellem caſtigare:⁊ euʒ
ab eccleſia amputare:donec ꝯgnoſcat ſe de
liquiſſe. Sed dic mihi qn̄o: Ecce famulus
poſtꝙ̄ amiſit pedem incepit clamare. Sic
peccatoꝛ per ꝯfeſſionem clamat vt dicit ꝓ
pheta. Clama ne ceſſes q̄ſi tuba exalta vo
cem tuam ⁊c̄. Ad cuius clamoꝛem heremi
ta.i. diſcretus ꝯfeſſoꝛ hʒ eum poꝛtare in hu
meris ſuis hoc eſt eum infoꝛmando pꝛedi-
cando pn̄iaʒ dando:⁊ in domum eccleſie in
troducendo ꝑ opera miſericoꝛdie: ⁊ hʒ pꝛo
eo intercedere ad dominum impꝛoperādo:
ſed deum intime pꝛecando vt talem conuer
ſum ꝯſeruet ⁊ cuſtodiat. Qui aliq̄ndo cum
pede.i. affectione ꝑuerſa matrem ſuam.id ē
eccleſiam ſuam pꝛecipitauit q̄ntum in eo fu
it quando diuina pꝛecepta non cuſtodiuit.
Angelus qui heremitam infoꝛmauit eſt cō
ſcientia pura non ficta cuiuſlibet pꝛelati et
ꝯfeſſoꝛis qui eos ligat ⁊ ducit vt ad clamo
rem peccatoꝛis cito ei occurrant ⁊ in domū
dei cito introducant. Pauper qui pecuniā
inuenit eſt chꝛiſtus qui animam ſepe cuſto
dit ne labat̄ in infernum donec peccatoꝛ ꝑ
pn̄iaʒ reſurgat:⁊ ſic animam mundaʒ chꝛi
ſto recipiat. qꝛ ſine eo nullum bonum opus
poſſimus facere. Pone ergo tu peccatoꝛ
cuſtodiam oꝛi tuo ne aliquid contra deum
dicere pꝛeſumas. Deus enim eſt iuſtus iu
dex ⁊ foꝛtis ⁊ patiens:ideo nō dicas quare
fecit me ⁊ poſt hoc dimiſit me cadere. Uel
alio modo poteſt reduci. iſte vero miles po
teſt dici pꝛimus parens adam cui deus de-
dit infinita bona qꝛ eum ꝯſtituit dominum



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-18/0121
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG